

1003 [*Sex. Appio*]¹ Sex. filio Volt. | Severo | [*III*vir]o viarum curandarum, | [*tribu*]no milit. leg. III Gallicae, | [*sodal*]i Titio, quaestori | [*T. Ves*]p. Caesaris Augusti filii, | patri piissimo, | [*Appia Sex.*]¹ fil. Severa Ceioni Commodi.²

Prope Romam rep. ad viam Cassiam, nunc in museo Vaticano (VI 1548 descr. Henzen). — 1) *Nomina suppleta ex N. 1004.* — 2) *Intellege: uxor.*

1004 Appiae Sex. f. Severae | Ceioni Commodi cos.¹, | VII vir. epulorum.

Prope Romam rep. cum N. 1005 (VI 1549 vidit Henzen). — 1) *Consul ordinarius a. 78.*

1005 L. Funisulano | L. f. Ani. Vettoniano¹ | trib. mil. leg. VI Vict., quaes[t]ori provinciae Siciliae, | trib. pleb., praet., leg. leg. III | Scythic.², praef. aerari Saturni, curatori viae Aemiliae, cos., | VII vir. epulorum, leg. pro pr. | provinc. Delmatiae item provinc. Pannoniae³ item Moesiae | superioris, donato [*ab imp. Domitiano Aug. Germanico*]⁴ bello Dacico coronis III | murali vallari classica aurea | hastis puris III vexilis (*sic*) III, | patrono | d. d.

In Croatia loco dicto Lukavec, ibi prope ubi fuit Andautonia civitas Pannoniae superioris (III 4013 vidit Mommsen). — 1) *Eiusdem alter extat titulus Foropoliensis XI 574 sed mutilus et confusus.* — 2) *A. 62 (Tac. ann. 15, 7).* — 3) *A. 84. 85 (dipl. mil. III p. 855; Eph. ep. 5 p. 95).* — 4) *Haec erasa.*

1006 eliae¹ | Appi Maximi | bis cos., | confectoris | belli Germanici.²

Romae ante portam Flaminiam (VI 1547 ter quattuorve descripta saec. XV/XVI). — 1) eliae (vel lliae) superest ex nomine uxoris Appii Maximi. — 2) *Significatur seditio Antonii Saturnini legati Germaniae superioris a. 88 quam L. Appius Maximus Norbanus oppressit (Dio 67, 11). De Maximo cf. Mommsen ind. Plin. p. 401. Ex tegulis quibusdam nuper repertis in finibus Lingonum atque etiam in Aquitania, inscriptis leg. VIII Aug. L. Appio leg., videtur colligi posse eum ipsum postea factum esse legatum Germaniae superioris (Mommsen Herm. 19 p. 458).*

1007 C. Rutilio Gallico¹ cos. II², | T. Flavius Scapula.

Taurinis (V 6988 vidit Mommsen). — 1) *Ad hunc Statius dedit carmen receptum in silvas 4, 4; memoratur etiam a Iuvenali 13, 157. Origine videtur fuisse Taurinensis (cf. Stat. l. c. v. 60). Sodalis Augustalis est cooptatus a. 68, defunctus a. 92 (VI 1984). Ad filium eius eiusdem nominis videtur spectare titulus Corfiniensis IX 3181.* — 2) *Consul bis fuit suffectus, nescimus quibus annis.*

1008 Minicia[e] | L. f. Paetinae | uxori | Rutili Gallici | Leptitani¹ | publice. |

Taurinis (V 6990 vidit Mommsen). — 1) *Gallicus in Africa videtur fuisse ad census accipiendos (Stat. silv. 4, 4, 84), unde explicatur Leptitanos uxori eius statuam posuisse (Borghesi).*